

nec nisi filio dato obside dimittere voluerat. Amurates Turcarum Imp. indignatus Despoto, quod hostem tantum dimississet, regnum Servie cuidam prefecto Frizebecho tradidit occupandum. Georgius audiens in se concitari bellum, supplex Huniadis genibus advolutus, ab eo tandem supplicia impetravit. Qui dicto citius noctu Rascianos attingens agros, manē Turcas prostravit, capto Frizebecho. Ipse exulto Biddo Bulgariæ insigniore urbe cum triumpho in Hungariam rediit. *Cuspin.*

CLEMENTIA RESPECTU INJURIE
ACTIVE CONSIDERATÆ, hoc est, QUATE-
nus inferitur ab AGENTE

HÆRESIM, FALSAM RELIGIONEM,
Apostasiam, Idololatiam, CLEMENTIA
erga Infideles, Hæreticos
Apostatas.

Christianorum olim clementia erga religionis hostes ingens, ita ut nunquam arma contra magistratum ceperint. *P. Herod. ex Eusebio lib. 7. c. 5. In N. c. 1. p. 5.*

CONSTANTINUS Imp. Bardicensis synodi decreto Athanasium exulem Alexandriæ Ecclesiæ restituit, eumque ad se Antiochiam officii causa profectum, benigne, atque honorificè in primis accepit: tamen ab Arianis impulsus, ut Arianis templum unum Alexandriae habere liceret, poposcit. Quod ille ita concessit, si & ipse Catholicis in singulis urbibus unam patere Ecclesiam sineret. Ita permulti Episcopi, qui extorres erant suas civitates, Ecclesiæque recuperarunt. Macedonius, sede Paulo Constantinopoli concessa, seorsum Ecclesiam tenuit. *Sigon. l. 5. Imp. occid.*

Gravissimam illam Christianorum persecutionem (quæ sub Trajano 14. annis duravit) Plinius II. proconsul Bithyniæ, Christianorum innocentia animaverat, suis ad Imp. literis, quæ etiam nunc hodie extant, mitigavit: ut cum prius de Christianismo suspecti, etiam id constanter negassent, supplicio afficerentur, editum fuerit fœdum ab Imp. tale: Conquerendi non sunt: si deserantur, & arguantur, puniendi: penitentes dimittendi.

C TEMERITATEM.

Admiratio digna est Rom. civitatis magnitudo animi, & lenitas, quod consuli Ter. Varroni auctori cladis Cannensis ex fuga redeunti, ut qui fœdissimè, & infelicissimè rebus gestis reverteretur, humili, & abjecto, obviam itum ad portam honoris causâ à Senatu fit, & univ. populo. Magistratus, & principes Senatus, in quibus erat Fabius, silentio factio laudaverunt eum, quod de Republ. à clade tanta non desperavisset: sed adesse ad tractanda gubernacula ejus, & ad utendum legibus, civibusque, ut nondum deploratis. *Plut. in Fabio.*

IGNAVIAM, TIMIDITATEM.

In Leuctris multis Lacedæmoniis abiicientibus arma, & aciem deferentibus, ne magna multitudo infamia notaretur, & legum tamen servaretur auctoritas, placuit Spartanis, ut legislator designaretur. Designatus, non scripsit novas leges, sed veteres post Leuctricam pugnam valere iussit. Sic & militibus consuluerunt, & legum auctoritati. *Polyen. l. 2.*

Epaminondas Boeotarchus conabatur noctu Lacedæmoniorum urbem vacuam civibus occupare. Agellus insidiis ex D transfugis perceptis, incitato cursu cum exercitu suo prior in urbem venit, & Thebanos expectavit. Qui impressionem facientes, repulsi sunt per vim à Lacedæmoniis. Cum verò per consulum, ac tumultum in grave periculum incidissent, noctu fugere coacti, multi scuta abiecerunt. Epaminondas eam rem conspicatus, nolens ut qui scuta abiecerunt, redirentur, promulgavit. Nemo armorum ipse scutum portet, sed tradat scutatis, aut aliis sequentibus: ipsi verò cum solis hastis, & ensibus ducem sequantur. Ita multitudo eorum, qui arma abiecerant, venit, & Epaminondas se obsequentes ad futura pericula ob hoc beneficium præbuerunt. *Polyen. l. 2.*

Cum M. Marcellus Coss. 111. in Sicilia missus esset, Milites Romani, qui in prælio ad Cannas, terga hosti obveterant, cum eam ob causam exulare patriæ cogentur. Marcellum frequenter adierunt supplices, atque ad genua ejus procumbentes, honestum ordinem militandi postularunt, muto ejulatu, lacrymisque: & ostentibus pollicentes se, aliquo in-

fortunio potius, quam ignavia sua cladem illam acceptam fuisse. Eos miseratus Marcellus, petiit per literas à senatu, ut liceret semper supplere ex his legiones suas. *Plut. in Marcell.*

Tiber. Gracchus, cum disisset futurum, ex Volonum numero fortibus libertatem daret, ignavos crucibus affigeret, & quatuor millia ex his (quia segnius pugnaverant) metu poenâ in quemdam munus collem coissent: misit, qui eis dicerent, totum sibi exercitum Volonum vicissim videri, quod hostes fugissent, Sic eos & sua fide, & ipsorum metu exolutos recepit. *Frontinus l. 4. c. 7.*

Cum Magnus Sfortia pœchantibus ex propinquo duobus regibus, Alphonso Aragonio, & Ludovico III. Andegaventi, penè intra Carmelitanam portam ad Neapolim victoria signa perturbatis, jam fugatisq; hostibus intulisset, unius Bissi præfacti peditem socordia, perfidiaque obstitit, quo minus cum-lata victoria potiretur. Justus enim cum duobus veteranis cohortibus intra hortorum maceris in insidiis confidere, & ad signum datum prorumpere, ut studio pugnae provecos hostes intercluderet: neque designatum in locum pervenit, neque prius apparuit, quam post trium horarum pugnam receptui signum tuba datum audivit. Ob id Sfortiam irato animo, & mediocri victoria minime contentum, exclamasse nauco ore plurimum, ferunt, itidem sæpè repetentem: Bissi, scelestè desertor, redde mihi hostium duces captos, atque intercepta eorum vexilla, quæ incredibilem ignavia pariter, atque perfidia tua dudum nobis è manibus eripuit. Cæterum cum ex conscientia animi metu confectum, & crimen ineptis verborum ambagibus excusantem, ea lege castris excedere iussit, ut perpetua ignominia notato acerbillimi supplicii poenâ, in conspectum castrorum unquam veniret, indiciretur. Eæst, æneo tormento includi, & succenso demum sulphureo pulvere per acra dispersis artubus diffundi. *Jovius in vita Magni Sfortie.*

LIBIDINEM, CLEMENTIAM
ERGA ADULTEROS, ADULTERAS,
Pullices, Procos.
Quere Adulteros.
IMPUDENTIAM.

Cum Athenienses, qui ad Charonem captiverant, sine pretio dimissi insuper vestimenta, & stragula reposcerent, Macedonæque stomacharentur: ridens Philippus Rex Macedoniæ victor: Videture vobis, inquit, Athenienses, tales se à nobis existimare victos? *Plut. in Apoph. regum.*

ACCUSATIONEM, DELATIONEM,
TESTIMONIUM.

M. MARCELLUS, qui primus & Hannibalem vincit, & Syracusas capi posse docuit, cum in conspectu ejus Siculi de eo questum in urbem venissent, nec senatum ullus de re habuit, quia collega Valerius Levinus forte aberat, ne ob id Siculi in querendo timidiores essent: & ut is rediit, ultro de his ad mittendis retulit: querentesque de se, patienter sustinuit. Justus etiam à Levino discedere, remanere, ut sua defensionis interesset, coegit. A deinde utraque parte perorata, etiam excedentes curia subsecutus est, quo liberis Senatus sententiam ferret. Improbatis quoque eorum querelis, supplices, & orantes, ut ab eo in clientelam reciperentur, clementer excepit. Super hæc Siciliam sortitus, eam provinciam collega edidit. Toties laudatio Marcelli variari potest, quoties novis ipse gradibus moderate ad adversus socios usus est. *Val. l. 4. c. 1.*

L. MURENA M. Catonem obiecto corpore suo à Metelli armis Tribuni plebis in eum irati protexit, quamvis anno antè à Catone ambitus, atque largitionis accusatus, magno in discrimine salutis versaretur: nisi eloquentia pater Cicero eum defendisset. Nam quamquam aliorum opera ulcisci se posse inimicum videbat, patriæ tamen charitatem acceptam injuriarum dolori prætulit: hostemque, quod multo gloriosius censetur, laborantem servavit. *Ful. l. 4. c. 1.*

CL. PULCER incesti crimine à tribus Lentulis accusatus, unum ex his ambitus reum patrocínio suo protexit: ita in animum induxit, & judicem, & prætorem, & testem, Veltæ adem intuens, amicum Lentulo agere: intra quam ille, salutem ejus fœdo crimine obruere cupiens, hostili voce peroraverat. *Val. l. 4. c. 2.*

Apud M. Anton. Judæi accusaverant Herodem, ejusque fratrem Phaselus: quorum causam Messala defendebat, & Hircanus Herodis fœder, Judæorum Rex. Antonius muneribus delinitus, fratres ambos Tetrarchas constituit, & ex eorum ad-

versariis xv. coniecit in vincula, occisurus etiam, nisi intercessisset Herodis deprecatio: quamvis ne sic quidem cessaverunt à legatione reverti. Sed rursus mille venerunt Tyrum, Antonium ibi præsolatari: qui magna pecunia jam corruptus à fratribus, imperavit ejus loci magistratui, ut in Judæorum legatos novatores rerum animadverteret, & Herodi adjuvaret ad principatum parandum. Hærodes verò ante urbem diversantes in litore accedens, hortatus est eos, ut se subducerent: nam & Hircanus cum eis aderat: admonens quantum instaret periculum, si contendere pergerent: quod illi contempserunt, moxque erumpentes in eos Judæi cum indigenis, partim trucidaverunt eos, partim fauciverunt: reliqui verò domum refugientes, posthac quieverunt. Populo verò clamoribus agente contra Herodem, commotus ad iram Antonius iussit, quos vicerat, interfici. *Joseph. lib. 14. c. 23. Antiq.*

SIXTUS III. Pontifex, apud Valentinianum juniorem Imperatorem, & Placidiam ejus matrem à Basio patricio Rom. maximis criminibus accusatus, postquam innocentiam suam purgavit, multis precibus, lacrymisque egit, ne Bassus in exilium mitteretur. In quo cum frustra laborasset, & post aliquod tempus Bassi mirum corpus Romam deportatum esset: Sixtus non modo honoris gratia funeri, & sepultura voluit interesse, sed manibus quoque suis cum tumulavit. *Fulg. lib. 5. c. 1. In Egnat. eodem.*

DEFECTIONEM, DESERTIONEM,
REBELLIONEM, PRADITIONEM.

In eo bello, quod Cyrus minor frater adversus Artaxerxem fratrem gravissimum susceperat, Arbaces prius, dum prævare Cyrum viribus exilium arat, ab Artaxere Rege ad Cyrum defecerat: rursusque Cyri accepto interitu ad regem se converterat. Accusatus, poenâ desertionis videlicet capite, puniendus esse videbatur. Sed cum rex ipse cognosceret, religiosissimè judicavit, hanc variam, & incertam (quæ plerisque in bellis civilibus accidit) partium contentionem, & mutabile studium, magis è pusillanimitate, & mollitie, & ignavia, dubioque discernens animo nasci, quam prodere, & machinari quid mala mente, & dolo malo cupiens. Iussit igitur Arbacei notari duntaxat, humerisque nudam meretriculam (quæ summa apud Persas ignominia fuit) in via publicè tota die ferre, atque traducere. *Plut. in Artax.*

Erat Thebanis patrium institutum, ut quoscunque ex aliis populis captivos haberent, precio dimitterent: Boeotici verò homines exules capitis damnatos occiderent. At Epaminondas, Thebanorum Dux, cum Sicyoniorum oppidum Phubiam expugnasset, in quo maxima pars erat Boeotorum exulum: notis compunctos, qui comprehensi fuerant, omnes dimisit. Nam alienæ singulos patriæ nomibus, ut ei in mentem venissent, recensevit. *Pauf. in Boeot.*

Apud Alexandrum Magnum, cum remitteret ad mare Mæcedonas valedudinarios, & mutilatos, delatus fuit quidam, qui inter fonticos, se cum non esset, retulerat. Ut hic ad conspectum ejus esset attractus, interrogatusque, morbum respondit causam amore Telestippe, quæ ad mare abscidebat. Percontatus Alexander est, qui cum esset de Telestippe agendum. Quam ut liberam esse intellexit: Ergo, inquit, inducam Antigene Telestippam, nobiscum ut maneat, quando cogere liberam, non est nostrum. *Plut. in D. Apoph.*

DEMETRIUS Poliorcetes, liberator Græciæ, magno victus prælio à regibus, cum paucis fugiens, cursum in Græciam direxit, inter ipsos reliquos maximam reponens in Atheniensibus. Quippe classem illic, pecuniamque, & conjugem Deidamiam reliquerat: nec portum arbitratus est rebus suis fideliorum Atheniensium benevolentia. Unde ibi properanti Atheniensi legati ad Cycladas insulas occurrerunt, ut urbe abfunderet, orantes, quod scivisset populus, ne quis ex regibus urbe acciperetur: Deidamiamque ejus uxorem Megaram honorifice, & magno eum comitatu miserunt: inflammatus ira, quamvis moderatissimè asperitatem fortunæ ferret, neque in ea re quod inclinatione se gereret vel abiecit, vel ignaviter: tamen quæ suam ipsam selessit Athenienses, & speciem illam benevolentiae, & mirificæ adulationis, qua erga eum jampridem usi fuerant, usu vanam deprehenderet, & fucantam, id fuit ei acerbum. At cum ulcisci non valeret, leniter cum Atheniensibus per legatos exposulavit, petique, ut classem sibi, in qua navis una erat tredecim ordinum remitterent. Quæ accepta, præternavigavit in Isthmum, rebusque suis afflictis

(præsidia enim ejus eiciebantur undique, cunctaque desiccabant ad hostes) reliquit in Græcia Pyrrhum, ac cursum in Cherfonnesum intendit: vastansque simul Lyfiamachi ditio-nem, præda ditabat & retinebat copias suas. Inde cum Stratonicem Demetrii, & Philæ filiam Seleucus in matrimonium accepisset: nova affinitate paululum respirans, ut accepit didicentibus Atheniensibus moliri Lacharem tyrannidem, speravit repentinè incurfu urbe facillè poturum. Itaque incurrit in Atticam, captaque Eleusine, & Rhamnunte fines sedavit, ac nave capta frumento onusta, quod importabatur Athenas negotiatorem, & gubernatorem suspendit. Unde deterritis aliis pressa est ingenti fame urbs, præterquam famem aliarum rerum laborabat difficultate. Salis medimnum licitabatur quadraginta drachmis, tritici modius trecentis vendebatur. Exiguam populo Atheniensi respirationem centum quinquaginta naves præbuerunt circa Egina conspicite, quas Ptolemæus ei subsidio misit. Mox cum multas Demetrius ex Pe-loponneso, multas ex Cypro accepisset naves, ut que cunctæ trecentas numero completerent: convicit classem Ptolemæi fugam, ac tyrannus Lachares deferta profugit urbe. Athenienses verò licet fanxissent poenam capitalem in eum, qui pacis cum Demetrio, & fœderis fecisset mentionem: protinus proximam portam patefecerunt, legatosque miserunt: non quo quicquam ab eo expectarent clementie, sed quia exprimebat inopia, in qua inter multa acerbissimè exempla hoc referretur accidisse: patrem & filium in uno domicilio rebus suis deploratis sedisse, cum ex tecto mus mortuus est delapsus. Illos ut viderent ambo exiisse, atque de eo inter se decerta se. Tunc etiam Epicurum philosophum eos, qui essent ex secta sua memoria tradunt sustinuisse, sabbasque cum iis ad numerum partium. Eo in civitatis statu Demetrius urbem ingressus imperavit, ut omnes in theatrum convenirent, sepiusque scenam armis, & pulpitem thipatoribus cinxit. Ipse tragediarum more superioribus descendens transitibus, multo jam magis attonitis Atheniensibus initio orationis metum eorum terminavit. Etenim vocis contentioni, & verborum amarulentæ parcens molliter, & benevolè castigavit eos, atque in gratiam cum iis rediit. Donavit iis centum millia medimnorum tritici, magistratibusque præfexit, qui maxime populo forent grati. Hic Dromocles orator populum advertens prælatitia varias facere acclamationes, ac græconia ex suggestu certare, ut superaret concionatorem, legem promulgavit, ut Demetrio Regi Pirææ, & Munychia traderentur. Hac perlata collocavit Demetrius per se præsidium in Museo quoque, ne si iterum desivisset ab se populus, ab aliis occupationibus desivisset se. *Plutar. in Demetr.*

Contra Tusculanos, qui defecerant, Tribunal creaverant Romani Furium Camillum. At Tusculani errorem callidè avertentes, cum esset jam in expeditione adversus ipsos Camillus, aratoribus, pastoribusque agros, ut in alta pace compleverunt. Patiebant portæ, pueri in ludis operam literis dabant, ex vulgo opifices suo quique operi intenti conspiciantur, spectatores in foro obverabantur rogati, magistratus sedulo circumstant ad designandum Romanis hospitia, tanquam remoti ab omni suspitione essent mali, nec cuiquam sibi commissi conscii. Quæ illorum poenitentia quamvis eos apud Camillum prodicionis opinione non eximeret, flexit tamen eum ad misericordiam. Itaque senatum adire iussit iis poenam deprecatum. Deprecantibus adfuit, ut & crimine liberarentur, & civitatem impetrarent. *Plut. in Camillo, & Val. Max. H. lib. 6. cap. 3.*

MANDONIUS, & Indibilis Celtiberorum reguli, falso audita P. Scipionis morte, à Rom. defecerant, post acie etiam aperta contendere ausi victi fuere. Mandonius supplex ad P. Scipionem venit, culpam pro se & fratre deprecatum. Scipio licet vetus mos Romanorum fuisset, iis, quos armis superassent, non prius reconciliari, quam omnia divina, & humana dedissent, obsides insuper acciperentur, adimerentur arma, præsidiaque urbibus imponerentur: tamen multis verbis detestatus illorum perfidiam, victores tamen populi Romani beneficio aseruit, eisque præter Romanum morem & arma relinquere, neque obsides petere, ne si iterum defecerent in obsides innocios, sed in ipsosmet sævientes potestatem haberet: eorum esse an pacatos, an iratos Romanos velint. Pecunia tantum imperata, qua militibus subsidium parari possent. *Liv. lib. 9.*

Cum Domitius Enobarbus ex Antonii partibus ad Augustum transfugisset, M. Anton. adeo se humanum præstitit, ut res, & bona ejus remisit. *Plut. in Anton.*

Ruffici Gallici, in tolerandis Carini Cæsaris injuriis exacerbatu arma fumpferant. Contra eos Maximianus à Diocletiano in societatem Imperii additus, ducto exercitu, brevi, quam parum arma, viresque sine scientia rei militaris profectus, edocuit. Nam ad eos progressus, Amantius, & Elianus duces rufficorum robore, ac ferocia magis quam usa belli, atque armorum pericia confidentes, levisonem aliorum præliis usque adeo allixit, ut postis armis deiectionem continuo fecerint. Quos ille benignè in fidem accepit, atque agrestibus exarmatis, ac pristino agrorum cultui redditis, otium turbare Gallia magna clementia laude restituit, eamque novis formare institutis ad pacem, dignitateque perexit. Itaque Mamertinus rhetor Maximianum Herculeum Diocletiano Jovio tanquam alterum adfuisse, dicere ausus est. *Sigon. libro 1. Imper. occid.*

Nasar classis contra Agarenos ab Imp. Basilio Mæcedone missus præfectus, cum ad Methonem hostes adoriretur, & haud pauci fociorum navalium periculum formidantes, paulatim sese subduxissent, Imperatorem de classiariorum perfidia admonuit. Imperator desertores conquirit, ac reliquorum terendorum causa simulavit se eos supplicii afflicere. Triginta quippe de captivis, qui in pratorio asservabantur. Saracenis faciem fuligine oblitus in circum produci, ibique flagris ignominiosè casos in Peloponnesum emitti, tanquam ii fugæ auctores reliquis fuissent, atque isthic unde profugissent, interficij iussit. Ergo desertorum loco in palos suffixis in Peloponneso Saracenis, milites omnes ingens metus incessit: omnique mollitie excussa ultro ducem orarunt, ut se in hostes duceret. *Cedrenus.*

JUNIPERTUS Ariperiti Longobardorum Regis filius, prælio victum Alchimum, qui Tridenti ducalem honorem gerebat (nam ab ipso, atque ab ejus patre rebellaverat) quamquam illud patre graviter ferret, non liberavit modò, verum etiam ne sine principatu viveret, pro Tridento Brixiam dedit. *Fulgosius.*

LUDOVICUS Pius Imper. *Quare supra moderationis ire acquisitio.*

ARNULPHUS Bojorum regulus Imp. factus, extrema Imperii membra curare neglexit. Cum itaque potestate accepta frui quàm uti mavult, plerique provinciarum præfecti ab eo deficiunt. Qua intellecta perfidia, Arnulphus Francofordiæ ad Mœzanum Concilium agit, ac tyrannos, qui desciverant, nisi ad præscriptam diem præsto Wormaciæ sint, proscribit: contrahitque copias transito Rheno in Vangionum urbem contendit. Reliquis omnibus imperium detrectantibus, solus Otho Gallia Cælicæ procurator, supplex ad Arnulphum venit. Cujus fide Arnulphus delectatus, Franciam Occidentalem ipsius fidei commisit. Addidit & Aquitaniam, ut hanc tyranno auferret: illam adversus Cimbricos tutaretur. *Avent. lib. 4.*

Veneti Jaderæ septies ab imperio suo desecissent veniam semper tribuerunt. Ejecerant illi suos prætores non semel: Pannonas iterum, atque iterum, magnis propositis præmiis, ad se vocarant, vario bellorum genere Venetum nomen læp vexarant. Cædiderant in acie fortissimè pugnantis Ordolphus Faletus Dux: raterant pro Genuesibus Ligustico bello, cum magna Illyrii parte, & tamen venia petentibus semper data est. *Sab. l. 6. c. 4. & Egnat. l. 5. c. 1.*

lidem Creta insula sæpius rebellant pacem semper dederunt, atque ut in fide sanctius persisteret, patriciorum, & plebeiorum Venetas familias coloniam eò duxere. *Egnat. l. 5. c. 1.*

ALBERTUS Alberti filius dux Brunsvicensis, cum contumaces experiretur Brunsvicenses suos, clam arma plurima contraxit aliena specie. Tum per molendinarium ad portam sancti Andree, noctu cum exercitu ingressus (forte non ignorantibus, quod infrenis populus tumultuaretur adversus principes) opportunis locis exercitu distributo, convocatos cives primùm de contumacia coarguit: inde quid fieri vellet insinuat, cum illi non refragarentur, absque cæde, & præda dimisit exercitum. Sencere tum mansuetudinem sui Principis, qui, cum arma teneret, postque cogere, solis contentus obsequiis iussit quemque suo ordine permanere. *Crantz. l. 8. Sax. cap. 36.*

SIGISMUNDUS Hungar. Rex, procerum vinculis elapsus, Budam receperat. Ingens apud conjuratos metus ne penas defectionis lucret. Contra Sigismundum tam fe clementem omnibus exhibuit, ut ultro ad experiendam lenitatem suam

desertores invitaret. Qui paruerunt, venia donati, contumacium plurimi bonis muldati, in nullus tamen corpus lævitum. Et Hamum videlicet istum cruentum Rex adhuc suspensum tenebat, ut illo vasto piscem cuncta in regno vastantem facilius caperet. Is erat Stephanus Vayvoda Transylvanus, non paucioribus agminibus, quam ipse Rex, stipatus, ideòque satis à vi aperta tutus. Ad hunc inescandum, & intra parietes excluso satellitio atrahendum, ars fuit adhibita. Qua succedente, caput illi in Slavonico conventu amputatum est, & ad tumultum sedandum corpus in plateam projectum, ne frustra satellites pro mortuo contendere. Nullus posthac Hungarorum tam audax fuit, qui conjurare in regem auderet. *Dubravius l. 25.*

Ferdinand. Neapolitanus Rex, fugiente patre Alphonso ob metum adveniens Caroli VIII. Regis Gallorum, regi Neapolitani principibus quatuor, qui erant in custodia, dimissis, oppidum in veste regia unà cum Federico patre persequitavit, salutatique rex, cum se ad carceris parietem contulisset, reclusis, patefactisque foribus, rebelles aliorum, damnatoque complures & libertati, & municipio restituit: privatas publicaque injurias omnes remisit, pollicuitque est, se proscriptos quoque revocaturum. *Bemb. l. 2. Hist. Venetæ.*

FURTUM, SACRILEGIUM, LATROCINIUM, CLEMENTIA ERGA FURES, Piratas, Latrones.

SPYRIDON, unius urbium Cypri Timethuntis Episcopus, ab omni superbia alienus, pavit oves. Media nocte fures stabula vinchi sunt. Cum diluxisset, accessit ad gregem, illosque videns victos, solvit fures: multum hortatus, ut iustus laboribus, & non per injuriam, victum quaerere: arctique donatos dimisit, festivo dicto addito: Ne frustra (inquit) vigilasse videamini. *Suid. & Simton Metaphr. Tom. 5. Vitarum Patrum.*

S. GERMANUS Episcopus iter faciens, nudum imminente nocte viatorem recepit. Cum in diversorio quiescissent, aelium, quod Germanus ferebatur, ille subtraxit. Illucescente die furtum patratum invenit discipuli: patri condolent, quod pedibus iter facere cogere. Nondum tria millia passuum Germanus focis ille consecraret, cum è discipulis unus Germanum quandam è vultu lætiam prodere intelligens, patrem hilaritatis causam rogat. At ille cum pedem omnes aliquantulum sistere imperasset. Ecce latro, clamantis, festinat gradum subtrahit jumentum refert. Fur ad pedes illius provolutus, exorat furti veniam & impunitatem: dum facinus profectur se tota nocte iretutum fuisse asserit, neque quo quam progredi potuisse, nisi quâ ad reddendum jumentum pater iter. Cui Germanus, vultu residente, animoque placato: Si hecsterna (inquit) die tibi nudo togulam dedissem, ne furandi quidem te necessitas incessisset, & exuta mox togula: Accipe, inquit, quod deest, redde quod nostrum est. Sic confessorum criminis resipiscerent, non modò venia, sed præmiò quoque, & benedictione dignum censuit. *Bonifac. l. 4. Decad. 1.*

CLODOVEO Rege adversis Gothos arma movente, quidam ex militibus prædæ cupiditate Maxentii Abbatis Pictaviensis monasterium invalerunt: & cum unus abbatem, sacrilegio ut poterat regitentem, ferire vellet, manum cum gladio sublatam demittere nequivit: reliquum facio qua stupiditate mentis correpti, immobiles constiterunt. At Maxentius inimitatis, violentiaque eorum oblitus, penam miserere cepit, & precatione liberis ab aggritudine reddidit. Qui deinceps inferre illi injuriam, & timerunt castigati, & erubuerunt beneficio vidi. *Marul. l. 3. c. 3.*

AMOS Ægyptius dum in eremo manenti panem, quo in diem velci solebat, furtum subtraherent homines impudissimi, duos serpentes eællæ custodia appositit, quorum aliaru illi, cum furandani proprio accessissent, feminæ conciderent. Eostamen superveniens Christi servus manu quemque prehensans erexit, & criminis blandè arguens, ad penitentiam inflammavit: atque ita amplexus est, ut ex furibus monachos faceret. *Ibid.*

Fundenis monasterii præpositus Libertinus, iter faciens, forte incidit in quosdam equites Gothos. Cùmque equum sibi abstulissent, etiam flagellum eis potrexit. Tollite & hoc, inquit, quod vobis ad agendum jumentum usui erit. Illi abutens, cum ad Vulturum pervenissent, nulla vi equos, ut fluminis

minis vada intrarent, cogere potuerunt. Memores igitur A injuria Dei servo illata, regressi sunt, ut equum suum ei restituerent. Sed cum ipse omnino abnueret recipere, ac diceret, eo sibi opus non esse: in vitum superimposuere, & protinus abeuntes, recto cursu fluvium transtulerunt. *Marul. lib. 5. cap. 3.*

Ejusdem monasterii Monachus, cui excolendi horti cura erat, cemens in eo olea partim pedibus conculcata, partim sublata furto, & reperto aditu, quo sur ingredi consueverat: serpenti præcepit, ut illum custodiret, nec inde nisi iustus discederet. Fur reversus cum serpente complexisset, præ timore pede vepribus implicato pronus pependit, donec ab olitore superveniente expeditus fuit, & admonitus, ne ultra furto tollerret, quod ipse petenti gratuito concessurus esset. Non olerum domo Monachus angebatur, sed furantis peccato. *Ex Gregorii lib. 1. Dialog. Marul. lib. 3. cap. 3. & lib. 5. cap. 3.*

ISAACUS apud Spoletanam urbem solitarius, per spiritum præficiens fures ad hortum suum venturos, farcula, & rastros ibi apposuit: atque illi cum noctu hortum ingressi fuissent, instrumentis pronus arripit, usque manè nihil aliud agere potuerunt, quàm terram veterere, & herbas infructuosas convelle, donec Isaac adveniens eis prandium attulit pro opera. Insuper exhortans, ut a furto abstineret: semper enim quicquid eis opus esset, se libenter indulturum, & tunc quoque omnis generis oleis ubi amosamicè dimisit. *Marul. lib. 5. cap. 3.*

In Valeria Provincia partibus, cujusdam monasterii greges in proximo stabulabantur. Fur noctu vervecem sublato, cum rediret, qua per cœmeterium transitus erat super sepulcrum, ubi illis diebus sanctus quidam sacerdos conditus fuerat, fixis vestigiis hæsit, & neque progredi, neque regredi potuit, nec prædæ, quam tenebat, demittere, donec factum jam die à Monachis deprehensus, peccatum confitens veniam poposcit, illique orantibus, dimisso vervecem, abundi facultatem impetravit. *Ibidem.*

Stephanus, Reatinus pater, cum ex agello (quem unicum habebat) messem ad aream congestisset, & quidam ipsam incendisset: accurrenti discipulo, ac succelamanti, *Va. v. 2. pater Stephanus*, quid tibi accidit? Immo vix illi, inquit, fili, per quem accidit: nam mihi nihil accidit mali. Nihil malum esse arbitratum præter peccatum. Itaque illi, qui damnum intulerat, indoluit, non tibi qui passus fuerat: cum tamen nihil aliud ad victum ei superisset, nisi quòd à Domino nunquam se desertum iri consideret. *Marul. lib. 5. cap. 3. & Sab. l. 5. c. 7.*

MEDARDUS presbyter Tornaci Gallia oppidi (qui post Noventis, hinc Tornacensis Episcopus fuit) furem uvas collectas exportare frustra conantem, cum deprehendisset, absolvit, dimisitque illatum. Alium mella ex alveariis supplantem, sed apum aculeis ita affectum, ut inde se movere non posset: recepto furto pecnia liberavit. Quidam etiam milites, qui vicum ejus Solenniacum deprædaverunt, loco pedem efferre, nisi præda omni reddita, non valuerunt. Suarii item illius porcorum gregem procul abigere molientes, cum nocte tota iter fecissent, manè ibidem, unde recesserant, inventi sunt, & ipse peccatum confitentibus ignovit. *Marul. lib. 5. c. 3.*

Odo Cluniacensis cœnobii pater, ei, qui equum suum noctu abegerat, & in eo sedens comprehensus fuerat: cum nec desillire interim, nec discedere quivisset, veniam petenti indulget, atque insuper nummos quinque dari iussit: gaudens utique, non quia equum recepisset, sed quòd equi raptorem ad penitentiam conversum carnebat, & jam ab eo Deum timeri, qui prius contemneret consuevit. *Marul. l. 3. c. 3. & Sab. l. 5. c. 3.*

D. Hieronymus, illos, qui æsellum monasterii furtim abduxerant, & inviti rursum restituerunt, cum veniam rogatam advenisset, convivio excepit: & admonitus, ut suis rebus contenti aliena non appetere, multa cum benedictione dimisit. Atque illi, quòd ab eo, quem læscerant, tam benigne accepti fuissent, quotannis monasterio ejus non parvam olei copiam misisturunt, ut jam non solum alieni avidi non essent, sed etiam sua largirentur. *Marul. l. 5. c. 3. & Sab. l. 5. c. 7.*

ARRACES, Media præfectus, post Sardanapali Assyriorum regis interitum, victorian adeptus, cum bellorum focis sua cuique redderet præmia, Peleum Magum, cujus instinctu fuerat omnia consecutus, Babylonis præfectum declaravit. Is post captam Nini urbem ad regem cunuchus doctus, ubi vis aurignens lateret, que Sardanapali fuerat, occultè id repositum, ut solus possideret, ab Arbace perit, ut Sardanapali ci-

neres Babylonem liceret secum deferre: vovisse fe medio belli tempore, cum fortuna adhuc anceps esset, ut si quando Assyriorum regia capta esset, & incensa, se illius cineres Babylonem translaturum, ibique monumentum regni Assyriorum ab Arbace fe adjutore excili posteris traditurum. Nec id graviter est impetratum. Nam præter quàm quòd Beleso nihil ob recentem meritorum memoriam negare esset ausus, nulla suspicio incidere, ut regia combusta, ex vetere regum gaza quicquam superesset. Paratis igitur navibus, ut fluvio cineres subvehentur, auroque in eas occultè imposito, res certo ad Arbacei indicio delata est. Qua fraude comperta, judices ex principibus castrorum Beleso dedit, qui peculatus judicarent. Sed tantum abfuit, ut Arbaces illi quicquam mali fecerit, ut capitali poena remissa, regium etiam aurum cum decreto antea honore habere iussit, Babylonemque latum dimiserit: pro concione factus, majora esse Belesi erga fe merita, quàm ut pro tam parva offensa illi itacui debuere. Conciliavit eas res Arbaci non solum clementia famam, sed in nova adhuc administratione liberalitatis opinionem, qua neque utilior virtus, neque decentior in summo principe esse potest. *Sab. l. 2. Ev. 2. ex Diodoro.* Alii cineres ipsos auri fuisse reliquias ajunt non autem aurum in cineribus occultatum: eaque propter Belesum F chymistam non vulgarem fuisse arbitrantur.

Cn. Pompejus piratico bello confecto, captos ex deditione prædones ad Coracelion Ciliciz plus viginti millia neqz interficere statuit, neqz ut dissiparentur, aut perirent de integro inopes & bellatores multi, finire existimavit securum. Reputans autem hominem natum neque nasci, neque esse indomitum animal, vel ferre, si vitis fe præter naturam dederit: consuetudine verò, locorumque, & vita commutationibus cicurari, vel belluas usum mitoris feritatem, & favitiam deponere: deliberavit illos à mari in continentem transferre, & vita tingere humaniore, assuescentes urbes, & agros colere. Hos ergo partim exigua, & minus frequentia Ciliciz oppida acceperunt, atque in corpus suum contribuerunt, agro aucta. Soliorum urbem nuper ab Armeniorum rege Tigrane desolatam instaurans, complures ibi collocavit. Multis etiam fedes dedit Dymy in Achapa, quæ id temporis orba civibus erat, agrumque possidebat latum, & opimum. *Plut. in Pompejo.*

Claudius Cæsar conviva, qui pridie scyphum aureum surripuisse existimabatur, revocato in diem postero, calicem G fictilem apposuit. *Suet.*

Quidam uxori Galieni Imp. gemmas vitreas pro veris vendiderat. Re comperta, mulier flagitavit vindictam. Cæsar iussit hominem corripui, quasi leoni objecturus. Dein è cavea, dum impostor, & populus expectat terribilem leonem, profiliit catus. Cunctis rem tam ridiculam mirantibus, per præconem dici iussit: Imposituram fecit, & passus est. *Treb. Pollio.*

Simile quiddam de rege Gallorum Francisco I. narratur, qui gemmas vitreas principibus feminis venditantes, propter scitum mendacium, quo insaniam muliebrem delulerat, solius capitis rasura de honestatum, per forum circumduci, ut nobilem impostorem iussit.

Gestare in digitis annulos ingentis precii Alphonsus senior Sicilia rex consueverat, & loturus servandos proximo ceniv dare. Cuidam igitur semel cum annulos tradidisset, qui oblitum regem arbitrabatur, & propterea in usum suum eos venterat: Alphonsus rem dissimulavit, atque pro eis alios induit annulos, consuetumque morem servavit. Itaque post aliquot dies loturo Alphonso, eum idem asitare, qui primos habuerat, & non restituerat: manum porrexit, tanquam à rege annulos, ut olim egerat, accepturus. Alphonsus autem retracta ad se manu in aurem submissa voce ei dixit: Hos observandos tibi annulos dabo, si prius alios, quos dedi, restitueris. *Fulgosius, & Egnat. l. 4. c. 8.*

Carolus V. Imp. rari artificij horologium habebat, quod in frequenti turba aulicorum à quodam surreptum fuit. Verum horologium ipsum suo tinnitu furem prodidit. Is cum ad Cæsaris pedes metu exanimatus procidisset, cum se à Cæsare delectatus Imperator, incolumem dimisit: hoc tantum monens, cogitaret in posterum, Timorem Spel longè vehementiorem esse affectum. De eo sic *M. Ant. Callinacbus in 10. Epigrammatum.*

Κλίμα' περ τὸ κρητὸν κληπίου κρητῶτα ἀλάττω
 Εμβαλεῖ τὸ δαυδὸν τῶ δὲ πρῶτον φέρον,
 Καίσαρ δ' ἀνάδοτος γυλάτος μὴ φησάτω κληπῶ,
 Κλίμα τ' ἀπὸς ἀδῶς οὐδ' ἐκίλισται ἔχου.

A Timoleontem Siculorum libertatis vindicem, & patrum duo concionatores adorti sunt Laphyrio, & Demanctus. Quorum Laphyrio sponsores ab eo in causa quadam exigente non permisit tumultum civem movere, vel illum interpellare: idem enim se tantos labores, & pericula docuit ultro suscepisse, ut quis civis Syracusanus uti valeret legibus. Cum vero Demanctus multis dictis acta ejus lacerasset in concione, nihil respondit: tantum ait gratias se debere diis, quos precatus esset, ut Syracusanos videre posset libere loquendi jus affecturos. Probus, & Plut. in Timolonte.

Dion cum Syracusanos à Dionysii tyrannide liberasset, falsa suspitione notatus, quasi tyrannidem affectaret, cum mercenarius suis urbe exire à seducioso populo coactus, ad Leontinos abiit. Syracusani eos persecuti, cum multos è suis amittentes, se retraxerunt. Dion missis ad se, qui defunctorum corpora ad sepulturam peterent, benignè indulxit, captivosque multos citra redemptionem liberos dimisit. Multi etiam cum Nypsi Neapolitani opera urbs denuo capta esset, Syracusani animadvertentes unicam salutis spem in Dione esse, miserunt equites aliquot in Leontinos ad eum orantes, ne in servitutem redactam patriam vellet destituere. Dion, ut qui animi magnitudine, & ex philosophia studiis sedatum sensum haberet, nihil indignationis in civis suos retinuit: sed repente milites suos adhortatus, duxit Syracusas, & hostes in præda occupatos profugavit. Populus, ut gratitudinem suam in Dionem ostenderet, cum imperatore delegit, decrevitque ei honores divinos. Ille tunc, ut eodem tenore ubique se magnanimum ostenderet, eis, qui inimico animo in se deliquerant, clementer veniam dedit, populumque universum ad concordiam servandam exhortatus est. Diod. lib. 16.

Philippus Amyntæ in certamine Olympico, cum probra in eum jacerentur, ac dicerent quidam, piscula à Græcis, qui Philippo pro beneficiis maledicta redderent, exigenda. Quid ergo, inquit, si fuerint à nobis violati, agent? Plutarchus de Nontrahendo.

Pausanias Cleombroti F. exhortantibus eum exulibus, ut moveret in Athenienses, atque adherentibus, cum voce præconis Olympiis pronunciaretur, consecratos sibilis ipsum solos Athenienses: Quid igitur censetis, inquit, qui ubi benemeritus sum de ipsis, sibilis me considerunt, facturos malè merenti? Plut. in Apoph.

PERFIDIAM HOSTILEM.

XERXES Sperthium Aneritii, & Bulidem Nicolai F. legatos Spartanorum ad se missos, ut poemam lucentem pro Darii legatis à Spartanis interceptis incolumes domum remisit. Herodotus lib. 7.

MICOLUMBUS III. Scotorum rex occultis infidiis petitus principem conjuratorum ad se vocavit, & in vallem secreta solus duxit, atque exprobratis ipsi superiorem beneficiis: Quin tu ait, nunc armatus armatum, si tantum ibi amici est, aggredere, & quod per dolum petis, virtute præmium tibi para. Ille percussus re subita, humi deiecit se supplex, & veniam à Rege non minus clemente, quam fortè obtinuit. H. D. Hennings in Genual.

CLEMENTIA. LENITAS RESPECTU EFFICIENTIS, QUI EXERCET. NEMPE QUIS, QUALIS. RESPECTU HABITO.

DIGNITATIS. HUC CLEMENTES.

Pontifices.

Gregorium Magnum pontificem ne fumma quidem dignitas ad injuriam impatienciam compulit. Mauricio enim Augusto, filiique ejus se persequentibus dicitur scripsisse: Quoniam ego peccator sum, vos tantò magis (ut opinor) Deum vobis conciliatis, quanto magis me illi ignaviter servientem affligitis. Marul. l. 5. c. 2.

Pius V. Pp. clementia in maledici scripti auctorem com-

memorabili usus est. Cui enim ille factus esset, se demonis instigatum scriptum divulgasse, ignovit ei Pontifex: Si, inquit, in Pontificem summum scriptis, poena utique afficiendus es. At quia in me fratrem, Monachum, Cardinalem, convicia dixisti, condono tibi culpam. I, quò libet.

LEO Pp. in vindicandis publicis, privaticis injuriis existimabat, uti ipse consuevit, utendum esse temperamento, ut neque ex nimia severitate odium, neque ex ipsa clementia existimationi jadura pararetur. Damnatam illam diræ immanitatis vocem: Oderunt, dum metuunt. Jovius in ejus vita l. 4.

PRINCIPES, REGES.

Vide Titulum, Principes boni universum.

ARISTODEMUS, Aristocratis filius, Cumarum in Italia tyrannus, Mollis dictus à civibus, sive quòd in pueritia fuisse effeminatus, & muliebria passus, sive quòd non miti ingenio, & tardus ad iram esset. Suidas.

JULIUS Cæsar in ulciscendo natura lenissimus, piratas à quibus captus est, cum in dedicationem redeisset, quoniam suffixurum se cruci ante juraverat, jugulari prius iussit, deinde suffigi. Cornelio Phadice, cujus quandam nocturnas infidias latens, ac ager, ne perduceretur ad Sylam, vix præmio dato evaserat, nunquam nocere sustinuit. Philemonem à manu ferum, qui necem suam pro venenum inimicis promiserat, non gravius, quam simplici morte puniit. In P. Clodium Pompei uxoris suæ adulterum, atque eadem de causa polluturam ceremoniarum reum, testis citatus, negavit se quicquam commisisse: quamvis & mater Aurelia, & soror Julia apud eisdem judices omnia ex fide retulissent. Interrogatusque, cur igitur repudiasset uxorem? Quoniam, inquit, meos tam suspicione quam crimine iudicio carere oportere. Si qua aut cogitarentur gravius adversus se, aut dicerentur, inhibere maluit, quam vindicare. Itaque & detestatas conjurationes, conventusque nodurnos non ultra arguit, quam ut edicto ostenderet esse sibi notas: & acerbe loquentibus satis habuit pro concione denunciare, ne perseverarent. Sueton. Eapropter Senatus Rom. Clementiam ædem non immerito ad honorandam lenitatem Cæsaris decrevit. Quippe hostibus suis salutem dedit, nonnullis honores quoque, & magistratus velut Bruto, & Cassio addidit: quorum erat uterque prætor. Status dejectas Pompeii non permisit jacere, sed reposuit. Quamobrem Cicero ait: Cæsar dum Pompeii statuas erigit, suas stabilis. Plut. in Cæsare. Simulatas contra nonnullos tam graves excepit, quam, ut non occasione oblata libens deponeret. C. Memmii, cujus asperimus orationibus non minore acerbitate rescripserat, etiam suffragatorum mox in petitione Consulatus fuit. C. Calvo post famosa epigrammata de reconciliatione per amicos agenti ultro, ac prior scripsit. Valerium Catullum, à quo sibi versiculis de Mamura perpetua signata imposita non dissimulaverat, satisficientem eadem die adhibuit cenæ, hospitioque patris, sicut consueverat, uti perseveravit. In ignem conjecit litteras, & libellos adversum se scriptos, minimeque à se lectos, maluitque ignorare malevolentiam, atque adversum sententium nomina, quam habere certam illi irascendæ causam. A Cicerone multis convitiis læcessitus, adeo non curavit, ut non responderet quidem. Quippe natura erat mitis, admodum iracundus. Clodium tamen in ipsum concitavit, ac per ipsum, ut Roma exularet, fecit. Actio poeta non succensuit, quòd sibi non assuetus fuisse. Auli Cæcinæ criminosis libro, & Pitholai carminibus maledicentissimis lacertatam existimationem suam civili animo tulit. Suetonius, H. Dion, & Nic.

TITUS Vespasianus Imp. Pontificatum maximum idè se professus accipere, ut puras servaret manus, fidem præstitit: nec auctor posthac cuiquam necis, nec consocii, quamvis interdum ulciscendæ causâ non deesset, sed periturum se potius, quam perditurum adjurans. Duos patricii generis convitiis in affectatione Imperii, nihil amplius, quam ut desisterent, monuit, dicentis Principatum fato dari: si quid præterea desiderarent, promittens se tributurum. Et consocii quidem ad alterius matrem, quæ procul aberat, cursores suos misit, qui anxie filium saluum nunciarent. Cæterum ipsos non solum familiari cenâ adhibuit, sed & insequenti die gladiatorum spectaculo circa se ex industria collocatis, oblata sibi arma pugnantium inspicenda porrexit. Fratrem infidari sibi digne sentit, sed pene ex professo sollicitantem exercitum, meditantem fugam nec occidere, neque seponere, ac ne in minor re quidem honore habere sustinuit: sed ut à primo imperii die consorte, successoremque testari perseveravit: nonnumquam secretò lacrymis, & precibus orans, ut tandem mutuo erga se animo vellet esse. Sueton.

M. An.

M. Antoninus Pius Imp. semper amavit pacem, eo usque ut Scipionis sententiam frequentaret, qua ille dicebat: Malle ferunum civem servare, quam mille hostes occidere. Capitolinus. Eisdem animi fuit M. Antoninus Philosophus, quo à Philosophia instructur, eo laude dignus majore, sed admiratione minore.

NARVA Imp. inito imperio initio principatus, mox clementiæ, ac liberalitatis dedit indicia. Reos enim majestatis absolvit, exules in patriam rediit, ac omnes, qui metu dissiugerant, revocavit. Cuspin.

THEODOSIUS junior sic patientia, ac clementia præstitit cæteris hominibus, ut ratione vivere apertissimè à cunctis prædicaretur. Cum olim à quodam interrogaretur, cur se lædentes non morte condemnaret? Utinam, inquit, mortuis vitam dare possem. Paucos morti adjudicavit, & mox mutato consilio, priusquam ad supplicium ducerentur, revocavit ob insignem clementiam. Cuspin.

Idem Ardarburi opera Petris devictis (contra quos bellum susceperat religionis nomine, propter persecutionem erga Christianos) licet in manibus victoriam haberet, tamen ne tantum sanguinis fundere, oratores ad Persarum regem misit pro federe percutiendo. Ille legatos tamdiu secum detinuit, quoad non exercitu decem millium armatorum (quos Immortales ipsi vocant) instructo, Romanos nil tale sperantes adoretur. Sed consilio ducis Procopii, hostium insidias patefactæ, irritæ fuerunt, & pax subsæcuta est. Cuspin.

ALEXIUS Angelus Bizantinus Imper. neque oculos effudit, nec membra mutilavit, neque carnificina hominum delectatus est: neque ultra matrona, quamdiu imperavit, ob maritum interfectum pullam vestem induit: neque quicquam contumeliis ab eo affectus, vultus vestis deploravit. Nicephorus l. 3.

RODOLPHUS I. Imp. clemens in ore habebat affidè: Severum, & immitem me fuisse penituit aliquando: lenem, & placabilem nunquam.

ALFONSUS rex Neapolitanorum, admirabili diffimulatione præterit injurias, vindicare cum posset, oblivisci maluit. Pontanus l. 2. c. 10. de Fortii. domestica.

C SOCIETATIS. EJUSQUE VEL POLITICÆ. CLEMENTES. Magistratus.

Vide paulò post, Erga subditos. Subditi.

Huc confer Titulos, Fidei erga Magistratus, item Amoris erga Principes, quatenus exempla ira contra principes concepta, sed ob fidem, vel amorem cobibita, & repressa continent.

Oeconomicæ. In genere.

Fuit T. Pomponius Atticus tanta erga domesticos facilitate, ut juraverit se cum matre nonagenaria nunquam in gratiam rediisse, cum forore pariter nullam gessisset similitatem. Ravinius.

Conjuges elementes.

BLANCA mater Lud. Vivis, cum in conjugio sedecim egisset annos, nunquam visa est rixari cum marito, aut in contrarium voluntatis illius tendere. Eadem illis erat omnino mens, D & affectus simillimi. Lud. Vives de Christiana fem. l. 2.

OFFICII CLEMENTES. Duces belli.

Exempla pete ex Tit. Stratagematum, Benevolos reddere milites. Item, Aprodione cobibere, quatenus clementia illorum animi servaret. Item ex Tit. Clementia erga desertores, & ignavos.

T. Quintium Flaminium animo fuisse servido ferunt, & ad iram, & beneficentiam: verum non æquè, sed in puniendo facilem, nec pertinacem. Contra in beneficiendo constantem, atque eorum, apud quos beneficia collocaverat, amicum, & cupidum, non aliter ac si bene de se meriti essent, ut res charissimas amplexum esse meritis suis obstructos. Plutarchus in Quinto.

Q. Sertorius placidi vir ingenii habitus apud multos est, & quietis cupidus, invitusque ex causis munera imperatoria usurpasse. Cum verò obtinere non valeret securitatem, sed L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.

ab inimicis ad arma cogere, statione necessaria corpus sepsit bello. Plut. in Sertorio.

ALFONSUS Albuquerqueus, Indiæ prætor bellicosissimè injurias sibi illatas animo maximo ferebat. Iracundia interdum efferebatur, ita tamen, ut medio iracundiæ ardore dictum jaceret (erat enim acutissimus) quo omnes, qui vultum illius extimecebant, à nimia conturbatione ad hilaritatem, & risum sæpè traduceret. Ostorius l. 16. rerum. Em. Judices.

PHOCION Atheniensis, cum jus dicebat, semper absolvebat. Tam clemens, & benignus erat. Suidas.

AUGUSTUS Cæsar dixit jus non diligentia modò summa, sed & lenitate. Siquidem manifesti patricidii reum, ne culco infueretur, quòd non nisi confessi afficebantur hac poena, ita ferter interrogasse: Certè patrem tuum non occidisti? Et cum de falso testamento ageretur, omnesque signatores lege Cornelia tenerentur: non tantum duas tabellas, damnatorias, & absolutorias, simul cognoscitibus dedit: sed tertiam quoque quæ ignoscere, quos fraude ad signandum, vel errore inductos constitisset. Cum Cornelium quandam de vita uxoris accusandum curasset: isque in senatu responderet, se de voluntate & consilio Cæsarum cum duxisset: ita vehementer incitatus, nihil acriter, nihilque scit acerbè, sed statim exiit à senatu, ac paulò post reversus est. Dion. Nicias, & Suetonius.

QUO CONSILIO, QUAM OCCASIONE, RESPECTU. scilicet

SUI IPSIUS. NEMPE CAUSA SUÆ Liberalitatis ostendendæ.

Vide Titulum, Læstrum remissum. Religionis exercendæ.

THEMISTOCLES testularum ex exilio multatus, etiam ab inimicissimo Molosorum rege Admeto, cujus adierat lærem, religiosè servatus est. Quoniam supplicationem hoc genus tum gravem, tum haud contemnendam arbitrabantur Molossi, & deavapponno, id est, cui nequeat contradici. Cælius l. 15. cap. 18. Antiq. Læstr. ex Plut.

Amicitia declarandæ.

M. Brutum quamvis Pompeii partes secutum ferunt, C. G. Jul. Cæsari magnæ curæ fuisse ducibusque suis precepisse in pugna Pharsalica, ne interficerent Brutum, sed parcerent ei: quem si ultro se dederet, deducerent ad ipsum: sin repugnaret instantibus, mitterent eum, neque vim adferrent. Hac memorant illum in Bruti matris fecisse Serviliæ gratiam. Nam adolefens adhuc ut perhibetur, cum Servilia, quæ amore ejus deperibat, consuetudinem Cæsar habuit. Quia verò, qua tempestate flagrantissimus erat eorum amor, genitus Brutus fuit: credebatur eum ex se natum. Secundum aciem Pharsalicam cum Pompejus refugisset ad mare, dum castra oppugnaretur, Brutus clam porta elapsus in locum coniecit se palustrem, aquosumque, & calamo confutum. Hinc digressus evasit noctu Larissam. Inde scripsit ad Cæsarem. Cujus incoluntate Cæsar lætus fuisse cum ad se venire. Nec solum ignovit ei, verum etiam inter præcipuos amicos suos habuit eum in honore. Gallia Cisalpinæ eum præfecit: præturam concessit: Cassio repulso ad ejus nutum quibuscumque pro quibus intercessisset ignovit. Aliis etiam in rebus consors fuit, quantum voluit, Cæsaris potentia, quandoquidem si voluisset, principi ei esse amicorum, & pollere plurimum licuisset. Verum sodalium H. H. tas eum Cassii traxit, & deflexit, ut contra Cæsarem de se optimè meritum conspiciat. Plut. in Bruto.

ALTERIUS. OB ILLIUS. Simplicitatem.

Bello, quod Maximilianus cum Suevis contra Helvetios gessit, Helvetii victis ad lacum Pedamicum hostibus, in pago Harda, Suevum, qui se sub tecto pastoralis case abdidit, hominem simplicem reperit protraxere. Is vitæ metuens, supplex in hæc verba prorupit: Optimi, & fortissimi Bucephali (Lieben Frammen Kunneuler) vitam mihi date: Sic vobis Deus victoriam de vestris largiatur hostibus. Helvetii insolentiam supplicationis admirati, cum, quòd in ipso mortis periculo convitiis non abstineret, acerbè increparunt. At ille

S 4 sanctè

sanctè juravit, sibi non liquere, alio nomine appellentur, nec-
ne: neque enim in castris aliter unquam nominatos fuisse,
quam Bucephalos, vel Damalofomos: sic enim ludibrii cau-
sa Heleutos vocant, propter quod armentis ferè vitam fu-
scentent. Itaque simplicitate, & innocentia hominis perspecta,
incolumem dimiserunt, serio monentes, interea focis suis in-
dicaret, se propria ignavia proditum, bucephalorum fide, &
humanitate servatum esse. *Stumpfius l. 10. Helvetia.*

Fortitudinem.

Triginta Sogdianorum nobilissimi ad Alexandri Macedonis
conspicuum adducti, cum ad supplicium trahi imperasset, ubi
quid mandaretur per interpretem didicissent, continuo lætum
carmen more gentis canere ceperunt, ac tripudio quodam
gaudium testari. Miratus hominum constantiam Alexander,
sciscitatus est, Quid esset, quod paulo post moriturus lætaren-
tur respondisse dicuntur, Nihil sibi in morte opatius continge-
re potuisse, quam ut iustu invidiæ regis extinguerentur. Hone-
stissimam se mortem illam arbitrari, quam patrio more cantu,
& lætitia celebrarent. Tum rex rogari iussit, An suo beneficio
B servati sibi non inimici victuri essent? Illi se nunquam inimicos
cuicumque fuisse testati sunt, sed illatam propulsare voluisse inju-
riam: at si vita donarentur, beneficio cum eo, ut antea armis,
certaretur. Querenti regi, Quo pignore fidem apud se obliga-
turi essent? Vitam, quam acciperent, pignori futuram respon-
derunt, reddendos se illam quoties repetere. Tali virtutum in-
dole delectatus Macedo incolumes domi dimisit. *Sab. l. 6. En. 5.*
Comes Douglas Scotus conjunxerat se Henrico Perse princi-
pi conjuratorum contra Henricum IV. Anglorum regem pa-
trione Bertivici partique Northumbria majoris, si victoria pul-
so rege potirentur. Is in prælio cum tres habitu regio indutos
(ne rex verus cognosci posset) occidisset, quartum insuper vi-
dens: Mirum, inquit, unde tot reges in auxilium venire potue-
rint. Captus, ob insignem virtutem ab Henrico rege solus ser-
vatus est, Heraldorum judicio inter præcipuos Albionis viros
numeratus. *H. Boeth. l. 16.*

Vindictam justam.

Accusata Rusticana, nobilis mulier, uxor quondam Boetii,
quod statuas Theoderici regis Gothorum subvertisset: Totilas
rex, ubi audivit iusto dolore (ob occisos patrem, & maritum in-
nocentes viros) percatam id peregrisse, eam absolvit. *Crantz. l. 3.*
Suet. c. 1.

Veritatem, Integritatem.

Cn. Pompejo Magno, supplicia exaguro à Mamertinis ob
eorum defectionem, iniquè facturum ait Stenonem, sive Sthe-
nium, si unius culpa auditoris complures infantes necaturus ef-
set. Se namque esse eum, qui permissis amicis, & vi subactis
inimicis ad defectionem pertraxisset civitatem. Quæ ita
Pompeii animum moverunt, ut & civitatem crimine liber-
raret, & cum Stenone ageret clementer. *Plut. in præceptis
Politiciis, & in Appobeg.*

Humilitatem, Preces, Supplicationem.

GEO Syracusanus Carthaginensium vires in Sicilia ita at-
triverat, ut illud unice metuerent, ne victoriam persequens
cum classe in Africam transmitteret. Cum eorum legati ve-
nissent, orantemque multis cum lacrymis, ut injuriæ ignosce-
ret, ac meminisse vellet rerum humanarum: pacem ea con-
ditione concessit, ut pecuniam eo bello insumptam Siculis
restituere, ad duo millia argenti talenta: duas insuper naves
sibi instructas mitterent, quas in pacis composita testimo-
nium, & certum pignus fœderum itatim æquum esset. Car-
thaginensibus salute rerum suarum in tanta hostis victoria præter
spem impetrata, nihil de postulata pecunia detrectarunt. In-
super coronam auream c. talentis Damaratæ Gelonis conjugii
adecerunt: ut quæ ab illis orata, magno ad pacem impetran-
dam patrocinio fuerat. *Diodorus l. 1.*

Augustus ingenti prælio navali Sex. Pompejum superaverat.
Lepidos & ipse Triumvirorum unus, copiis auctus, ad totam
Siciliam occupandam animo adjecto, misit præsidia circa ur-
bes, quas ipse receperat, quibus imperavit, ut si qui ab Octa-
vio ad se venirent, moribus excluderet: quin etiam magna
suorum manu in Octavium impetum fecit. Sed cum suis fug-
atus, nec multo post ab omnibus ferè destitutus, mutato
habitu ad Octavium supplex venit. Cui ille venienti assurre-

xit, volentemque ad genua procumbere prohibuit, misit ta-
men eum ita, ut erat, privato habitu Romam, tantum pontifi-
ca dignitate illi concessa, quam post Cæsarem Didactorem
obtinuerat: nec eum postea populus eam transferret, vivo
adimere sustulit, præstititque illum perpetuo incolamem,
etsi multi ad illius eadem hortarentur. *Sab. l. 9. En. 6.*

Gillechristus Angustianus dux fortissimus, de rege Scoto-
rum Gulielmo optimè meritis, uxorem suam regis sororem
ob adulterii suspensionem ex castello prius ejectam, inde in Man-
nis (vico id nomen est plus minus mille passibus ab Aleto)
laqueo suspendit. Rex bonis eum omnibus exutum, hostem
declavit: castellum quoque ejus funditus delevit, ut vix ul-
lum ejus appareret vestigium. Lege deinde lata ab utroque re-
ge Anglorum & Scotorum, ut quicumque alterutri vel hostis,
vel exul esset, utriusque prohiberetur agro. Gillechristus,
cum latere in Anglia diutius non posset, intollerandis alioqui-
etiam ab Anglis contumeliis affectus, cum nullis exilio locus
supereffet, in Scotia rursum abiit; ibique aliquandiu cum
duobus filiis in sylvis, & antris artem egit miserabilem. Ac-
cidit ut rex ad Bertham iter faciens, Gillechristum cum duo-
bus filiis cespites è terra lignibus effodientes, ac manu victum
pauperem quarantes de via conspiceret, & quos eum ob-
mutatum vestitum nondum agnosceret, mirareturque corporis
habitu et fortunæ minime respondentem; ibi cum tenax
curreret nudato supplex cano capite cum duobus filiis, atque
ad volutes regis pedibus veniam deprecari cepit. Rex record-
atus virtutis ejus, ac fortunæ calamitatis, qua nulli secundus
à rege fuerat, præsentem item calamitatis & non modo culpam
omnem remisit, sed cum lacrymis eum amplexus datis vocat,
se Fortiam usque comitari iussit. Ibi postmodum ad se vocatis
præstina dignitate restituit, & agros quos nondum novo oc-
cenobio Abbatis erogaverat, reddidit. *H. Boeth. l. 13.*

Jacobus I. Scotorum rex Mordacho Stuart regni gubernato-
re ob flagitia securi percussio, Alexandrum F. ejus objurga-
tum tantum quod latrones in terris suis fovisset, aut saltem
non persecutus fuisset, ac mox blandè rursus appellatum, ne
denuò in se talia admitteret, abire liberè permisit. At ille
immemor beneficii collecta prædonum manu, Evanes op-
pidum diripuit, atque incendit: mox desertus à suis, ac re-
persequente, in Hebrides insulas fugit; ubi cum nusquam
lacere posset, supplex per interuncios regem obsecravit, ut
sibi tantum in Hebridibus tuto esse liceret. Negat rex, nisi
coram sistatur. Ergo in festo Paschæ captata opportunitate
G cum fordida veste Edinburgum ingressus, depositis omnibus
vestimentis, lineam duntaxat subuculam indutus, qua corpus
tegebat, ad S. Crucis, ubi rex sacris intrerat, ad genua ejus
provolutus, veniam delictorum precatus est. Eum rex ad
Tentallum castellum relegavit. *H. Boeth. l. 17.*

Militaris seditionis ob stipendia effragata rerum coram Al-
fonso Vastio Cæsaris copiarum ad Neapolim ducente vetera-
nus Salfedus Jo. Dorbinum Hispanum, castrorum magistrum
fecit, qui primum existimationis locum post Vastium virtute
sibi comparaverat. Dorbinus, ut calumniam dilueret spe-
stante Vastio, in Salfedum enses dirinxit, eique brachium,
dixit. Eius atrocis & insolentis facti conspectu acriter per-
motus Vastius, in Dorbinum irruit, sua manu Salfedi inju-
riam, & percussoris temeritatem vindicaturus. Dorbinus ex
irati ducis oculis vitæ periculo in genua procumbens, gla-
dii cuspidem comprehensi capulum duci porrigenis: Hoc, in-
quit, in meam necem utere, Imperator, qui iracundè potius
quàm iniquè, nominis tui offensa majestatem deliquerim. Vas-
tius non modo pepercit, sed pristinum honorem, qui erat
summus in exercitu, etiam conservavit. *Jovius l. 25. Hist.
Pietatem, fidem.*

Illo expugnato, captorum fortunam Græci clementer sunt
amplexati. Eoque nomine à victoribus pronunciarum duci-
bus. Liberorum uniusquisque ex domesticis rebus unum quid
tolleret, auferret. Tunc Aeneas cunctis aliis facile neglectis,
aut necessitate rejectis, patrios legit quos asportaret Deos.
Id eum intendentem Græci, plurimumque ea re forent oble-
ctati, & hostium delati, inquit: Superflui aliqui nun-
cipet. Qui geminata pietate, multo jam fensum patrem
humis subiens esse propebar. Ea cum (uti erant)
stipenda victoribus acciderent, viro maxime pio domesticis
cedentes omnibus quotquot jure bellierant adepti, abire quò
vellet, liberè permittit. *Gel. libro 19. cap. 23. Antiquar. Le-
gionum.*

Mithridates rex omnes Gallogracos occidi iusserat. Prin-
ceps eorum Toreodrix in frustra dissecta, & in publicum in-
sepultus projectus est, nec quisquam amicorum accedere
ausus

ausus fuit. Mulier verò Pragensis, cujus forma ipsi cum Gal-
logracæ novitiam contraxerat, non dubitavit mortuum ope-
rire, & sepelire. Custodes, qui id preceperant, comprehen-
sam ad regem rapuerunt. Cum admodum juvenis puella, &
simplè videretur, dicitur conspectu suo regem movisse: mag-
is etiam, ut censeo, cogniti ad ductam amore fuisse, placatus
est, permisitque ei tollere corpus, ac sumere de suis vestem, & or-
natum ad funus faciendum. *Plutarchus de virtute mulierum.*

Parentes.

Cum ad Cremeram unica, & sola gens Fabiorum pugnet
adversus Hetruscos, horum omnium cædis auctor fuisse T.
Menenius consul à Tribunis Q. Confidio, & Tito Genutio
ad populum accusatus est: eum enim cum exercitu triginta
ferè stadiis ab illo oppido dumtaxat abfuisse, ut facilimè au-
xilium Fabiis afferre potuisset, præterea cum Hetruscis infe-
liciter statim postea pugnassem, magis quidem ignorantia, at-
que imperitia sua, & socordia, quàm ex infortunio, & inopi-
nato rerum evenitu. Memoria tamen patris sui Menenii Agrip-
pæ, qui seductam plebem in Aventinum cum Patriibus ad
concordiam reduxerat, facile concessum est, ne ideò capitis
in eum à Romano populo acquireretur: sed pecunia, duobus
B videlicet assium millibus multatus fuerit. *Ærodius ex Dion.
Halicarn. lib. 9.*

Conditores.

Augustus Alexandrinis propter Alexandrum conditorem
pepercit. *Plut.*
Pius III. Pontifex bello Neapolitano parci Arpinatibus
iussit ob C. Marii, & M. Tullii memoriam, præsertim cum
multi oppidanorum ita vocarentur. *Campan. in ejus vita.*

CLEMENTIA RESPECTU

FINIS CONSIDERATA.

Sic exercetur causa

BONI ALICUJUS CONSEQUENDI.

Videlicet Imperii, Reipublicæ.

ROMULUS Ceninenses, Fidenates, Crustuminos, & An-
tennates victos, oppidisque eorum direptis in civitatem re-
cepit: nec res alia ulla perinde amplificavit Romanam civi-
tatem, quàm quod in corpus suum contribuere victos. *Plut.
C in Romulo.*

HERODUS à Senatu Romanorum rex declaratus contra
Antigonum Judoarum regem, Hierosolymam totis viribus
adortus expugnavit. Cæterum videlicet hostibus non minus
negotii habuit in compescendis alienigenarum auxiliis. Pro-
hibebat enim rapinas per urbem fieri: identidem Solium Ro-
manorum ducem rogans, Solitudinique regem Romani fa-
cturi essent? exhausta urbe rapinis simul, ac cædis. Illo ve-
rò referente pro expugnatione urbis directionem merito per-
mitti militi, promissit se de suo mercedem numeratum sin-
gulis, atque ita redempta civitate ab ulteriore vexatione, pro-
missa perfolvit. Liberaliter enim militibus, & proportionè
ducibus, Sosis verò etiam regè dedit munera, ita ut omnes be-
ne numerati discederent. *Joseph. l. 4. cap. ult. Antip.*

FRANCISCUS Sforza Mediolanensium dux. *Vide su-
pra Clementia erga hostes.*

GLORIE, & HONORIS.

Philippus Macedo, cum superatis Græcis suggererent ei
D quidam, ut præsidis urbes frenaret: Malle dixit nisi de dici
humanum, quàm exiguo tempore Dominum. *Plutarchus in
Appobis.*

M. Livius Salinator cum unâ cum Claudio Nerone colle-
ga præclaram pugnam vicisset, exercitumque omnem Afru-
balis occisione occidisset, effestque ei nunciatum reliquias
quasdam hostilium copiarum sine ordine ullo abire, & quò
nullo negotio delati posent, inquit: Superflui aliqui nun-
cipet. *Vid. l. 28. varia-
rum Leg. cap. 20.*

C. Jul. Cæsar cum Pompeii status dejectas honorificè re-
posuisset: Cæsar, inquit Cicero, dum Pompeii statusa repon-
nit, tuas stabilis. Sentiens illum hoc non in Pompeii gratiam
facere, sed ut sibi clementia simulatione favorem apud cives
conciliaret, atque hoc pacto suum regnum constabiliret.
Plut. in Rom. Appob. & Polyæn. l. 8. & Suet.

Epigramma, quod in laudem Pescennii Nigri fuerat ascri-
ptum illius statua ad vivum efficta, cum præfeti suaderent

eradendum, Severus Imp. noluit, dicens: Si talis fuit, sciant
omnes qualem vicimus: si talis non fuit, putent nos om-
nes talem vicisse. *Spartianus.*

Conjunctionem contra se ceptam Petrus Medicus Florenti-
æ oppresserat. Ex conjuratis unus Antonius Tebaldus
Laurentio Petri F. ad impetrandam veniam interprete usus
fuerat. Laurentius venia apud patrem pro eo impetrata, si gra-
tias insuper Antonio egit, asserens magnam quidem gloriam
propositam viro forti in vincendo inimico, multo majorem
tamen in eodem conservando illum sequi. *Brutus l. 3. historia
Florentina.*

HOSTES.

Terrendi.

XERXES contra Græcos expeditionem parante Sardibus,
missi sunt ab Atheniensibus tres speculatores, qui regis co-
natum, & vires explorarent. In Sardis comprehensi, tortique,
ad mortem ducebantur. Xerxes re audita, eos liberari iussit,
& ut omnis apparatus bellicus illis ostenderetur, præcepit.
Sperans fore, ut dimissi, Græcis indicarent, regis potentiam
fama esse majorem, atque ita territi Græci, imperata facer-
ent. *Herodot. lib. 7.*

Corcyrenses navali prælio victores, Corinthos custodiri F
iusserunt, reliquos ad unum obruncare: non tam veteris
necessitudinis rationem habentes, quàm ut eo exemplum
Græcia populos à Corinthiorum societate alienarent, si sei-
rent, sibi de vita dimicandum, cum interim ii, pro quibus
bella adirent, essent extrâ periculi sortem. *Sabellicus lib. 5.
Ennead. 3.*

LIVIVS Salinator, cum Hasdrubalem exercitumque Pe-
norum in Umbria deleisset, & ei diceretur, Gallos, ac Ligu-
res ex acie sine ducibus, & signis sparatos, ac palantes, parva
manu opprimi posse: respondit. In hoc eis opotere parci,
ne hostibus tanta classis domesticis nuntii deessent. *Val. lib. 3.
c. 7. & Front. l. 4. c. 7.*

CONCILIANDI.

Vide Tit. ad prodicionem, & defectionem hostium
militis incitare, quatenus clementia simulata
id aggrediantur.

CLEOMENES Spartanus Corinthum ingressus, pecuniam
Arati Sicyonii Achæorum prætoris, & domum, quam ha-
bebat Corinthi, haudquaquam attingit, neque alium permi-
sit: sed accessit amicis, & procuratoribus ejus omnia iussit
agere, & curare, ut rationes Arato relaturis. Allegavit priva-
tam ad eum Tripylum, & iterum vitricum quem Megisto-
num, promittens ei inter alia multa vestigial annuum duode-
cim talentorum, excedens dimidio Prolemæum, qui Sena-
tenta Arato annua mittebat. Poscebat dux Achæorum de-
clarari, unaque cum illis custodire Arocorinthum. Cum re-
spondisset Aratus, non tenere se res, sed potius ab iis teneri,
visuque esset simulatè ipsum deludere: incurfione protinus
facta, fines Sicyonicos ferro, & igne vastavit, abscedit
urbis eorum tres menses. Aratus mercede tradendi Aroco-
rinthi Antigonum ex Macedonia evocavit, & Græciam regi
prodidit. *Plut. in Arato.*

Cum deprehendisset Augustus Cæsar nobilem juvenem
L. Cinnam, Pompeii nepotem, qui ante incolumitatem lar-
gitus fuerat hosti, struere sibi insidias, compersissetque, qua
ratione, & quando ipsum statuerat aggredi: dum dictatur
sententia proscriptiois, ingressa uxor Livia: Fac, inquit,
quod medici solent: qui ubi usitata remedia non profunt,
tentant contraria. Severitate adhuc nihil profecisti, ignoscet H
Cinna deprehensus vitæ tuæ nocere non potest, fama pro-
desse potest. Itaque protinus Cinnam iussit accessit ad collo-
quium, venienti etiam mandata noxa, addens: Vi-
tam tibi Cinna iterum do, prius hosti, nunc insidiatori, ac
particidæ. Ex hodierno die inter nos incipiat amicitia, con-
tendamus deinceps, utrum ego meliore fide vitam tibi de-
derim, an tu mihi debeas, obtulit insuper ei consulum.
Quare id consecutus Augustus est, ut non modo haberet
postea Cinnam fidelissimum, sed & hæres unicus sit ab eo
nuncupatus. *Suet.*

Cum diceret Laurentius Palatinus Hungariæ, imprudenter
agere Sigismundum Imperatorem, qui victis hostibus non so-
lum vitam, & opes relinqueret, sed etiam eos inter amicos
reciperet, extolleretque: Tibi, inquit Sigismundus, videtur
utile inimicum occidere, neque enim mortuus bellum exi-
cit.

